

AVGVSTNI  
BARBOSÆ,

I. V. D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,

OLIM S. CONGREGATIONIS INDICIS CONSULTORIS,

*& insignis Ecclesie Vimaransis Thesaurarij maioris,*

NVNC VERO EPISCOPI VAGENTINI, ET A CONSILIIS

D. PHILIPPI IV. Hispaniarum Regis Catholici,

COLLECTANEA DOCTORVM

QVI IN SVIS OPERIBVS CONCILII TRIDENTINI LOCA REFERENTES,

*illorum materiam incidenter tractarunt, & varias quæstiones, in foro Ecclesiastico  
versantibus maximè utiles, deciderunt.*

*Omnia ex eorum libro Eleutheri desumpta, & in singulis loco distributa, ad ad mensam decretorum  
liberum Congregationum Concilii Trid. & Indicis librorum prohibitorum Decretorum  
cunctis nonnullis Congregationibus in lucem prædantur, relegantur, diligenter expurgantur.*

*Hac ultima editione ab ipso Auctore, & quamplurimorum addisamentorum  
accessione sesquiamplius aucta.*

CVM SVMMARIIS, ET QVINQVE INDICIIS OCTIOIS



Sumpt. Phil. Borde, Laur. Arnaud, & Cl. Rigaud

M. DC. LVII.

CVM PRIVILEGIO REGIS





ILLVSTRISSIMO VIRO, DOMINO,

D. LVDOVICO FERRE,

Equiti Nobilissimo, in vtroque Consilio Regio  
- Confiliario dignissimo, in supremo Delphinatum  
Senatu Principi, Domino de Beaumont, Croles,  
Montfort, Barbieres, Fianfayes, Sanson, Roche-  
fort, &c.



ARVM naturæ privilegium est nasci iustum; hæc tamen prerogativa tua est (PRÆSES AMPLIS-  
SIME) nativam penè habes iustitiam, quam alij didicerunt: in aliis virtus moralis, in te penè in-  
doles est, idcirco dum alij iustitiæ student, tu pe-  
nè necessario iustus es.

Tecum penè nata iustitia, tecum adolevit; sed hoc discrimine, robusta erat in te infante; matura in iuvene, senilis in te nondum sene; nec vacat iu-  
stitia nomen tuum, aut alumnus es iustitiæ, aut germanus frater.

Debes Parenti optimo indolem, & disciplinam iustitiæ; excoluit ille quem susceperat; habuit eundem alumnum & filium, suxisti cum lacte amorem iustitiæ, non prius didicisti hominem quàm iudicem; efformavit te in Præsidentem Præses Pater; & tu ita exprimebas Parentem, vt adhuc puer parvus iam Præses esses.

Ac velut Parelum ita exprimit solem, vt duos soles esse crederes, nisi aliunde vnicum esse scires; nec facile iudicium est vter è duobus sit parens aut filius, speculum aut vultus, imago, aut archetypus, quia vndeque similes, aut gemini Patres, aut duo filij, aut geminæ imagines esse videntur, aut duo pictores: sic tu exprimebas Patrem, & dum ille sol æquitatis, tu parelium eras.

Et nunc repræsentas Patrem in Senatu, amat in filio Parens, spectatur absens, auditur mortuus, pronuntiat oracula rediivius, Præsideri in te creditur, & penè duo Præsides confunderentur in vnum; nisi Senatus vtrumque distinguere mallet, vt ostendat quantum vtrique debeat.



# COLLECTANEA DOCTORVM

## In varia Concilij Tridentini Decreta, & Canones.



### SESSIO PRIMA.

#### Decretum de inchoando Concilio.

- 1. Concilia generalia an errare possint.
- 2. Papa dispensat super Concilium generale si de eo faciat expressam mentionem.  
*Decretis Concil. Trident. derogatur per claus. Non obstantibus, &c. ibid.*
- 3. Episcopus dispensat contra Concilium.
- 4. Episcopus ex magna causa necessitate, vel utilitate dispensat contra Concilium.
- 5. Decreta omnia Concilii Tridentini continentia decretum irritum.
- 6. Littera & constitutiones contra Concilium Tridentinum reddenda sunt ad Insuper commane.

**P**LACET-ne vobis, ad laudem & gloriam sanctae & indivisae Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, ad incrementum & exaltationem Fidei, & religionis Christianae, ad extirpationem haeresum, ad pacem, & unionem Ecclesiae, ad reformationem Cleri, & populi Christiani, ad depressionem, extinctionem hostium Christiani nominis decernere, & declarare, sacrum Tridentinum & generale Concilium incipere, & inceprum esse & responderunt; **PLACET.**

#### Indictio futurae Sessionis.

Et cum proxima sit celebritas Natiuitatis Domini nostri Iesu Christi, & subsequantur aliae festiuitates habentis & incipientis anni, placet-ne vobis primam futuram Sessionem habendam esse die Iouis post Epiphaniam, quae erit septima mensis Ianuarij anno Domini M. D. XLVI? *Responderunt, PLACET.*

1. **D**E Conciliorum generalium auctoritate, & an illa errare possint, & ab illa quam à Romano Pontif. congregari valeant, dixi late in collect. ad cap. Canones 15. dist. 11.

2. An Papa dispenset super Concilium generale? Affirmatiue respondent, si de eo faciat expressam mentionem, & non sufficiat clausula derogatoria. *Cottin memor. verb. Clausula, Non obstante, &c. bull. in arch. Habita, verba ex annotatione pag. 180. tum sic. C. de filijs pro parte, & in praxi benedicti. de dispens. super asced. natalium, n. 24. Gutierrez. praxi. lib. 3. q. 17. nov. 231. Alayf. Ricc. in collect. decis. 4. collect. 1367. prope finem. Henricq. in summo. lib. 1. c. 17. §. 1. Terol. in praxi Episcop. p. 2. verb. absolutio, verba de eo quomo. Flores de Menz. ver. lib. 1. q. 10. num. 500. Vetal. decis. 168. n. 17. Nival. de Campan. in tract. clausul. pag. 11. col. 1. num. 2. Mare. Antonin. in tract. lib. 1. resolut. 38. num. 6. Bonacin. de censur. dist. 1. q. 31. Barbol. Collect. in Concil. Trid.*

*punto 2. num. 4. in fine. Borg. Catalcan. p. 1. decis. 19. tum. 18. Campan. in dicit. Inno. Canon. rubr. 12. c. 13. num. 154. ver. in causa & rub. 1. cap. vltim. num. 25. Hieron. Fernandez de Ortero in reper. cap. 1. de iudic. n. 10. Moner. de censuris. lib. 1. cap. 5. ad n. 163. Stephan. Grat. discept. forens. cap. 397. n. 6. 35. Fr. Eustach. quest. Regular. tom. 1. q. 8. art. 10. & tom. 3. quest. 36. art. 2. & quest. 39. art. 4. Azor. in sit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 14. quest. 6. Valer. Reginald. in praxi sac. p. 1. lib. 3. nov. 12. Nicol. Gatic. de brochi. p. 1. q. 5. n. 50. Ego ipse de officio & potest. Episcopi p. 2. alleg. 33. num. 2. & in tract. de clausula. p. 1. q. 1. n. 11. Rot. in Valentini de iuramentis. 8. february 1588. coram Otano, & in Conchenti exemptionis decemorum 131. Martij 1589. coram eodem, & in eadem. 9. Decembris 1601. coram Pedia, quas citat Anton. Ricciol. de iur. personarum extra gremium Ecclesie excommunicationis lib. 5. cap. 12. num. 16. & in §. cap. 4. num. 6. ubi num. 7. aduertit, quod in decretis Concilij Tridentini ubi non*